

LEONARDUS HUNTPICHLER

Österreich (Wien), 1469-1470 Seite 61v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5349
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

De inquietudine q̄ est in inferno

Quarta Inquisitio tercij tractatus
Quare infernus nominatur locus inquietus
Rn̄o Hito q̄ infernus primo nominatur locus igneus
sciendum est q̄ 2o dicitur locus inquietus Unde in
rerum natura quidam locus est semper quietus ut
superior pars mundi Quidam quandoque turbatus
quandoque quietus ut pars eius media Sic probabile
est 3am partem vicz inferiorem semper esse tur
batam Et ideo dicitur tartarus Nam secundum Papiam
tartarus dicitur turbatus provenit autem inquies
sive turbatio ibi specialiter ex tribus Primo ex
penarum varietate sicut tempus dicitur esse turbatum
quando mixtum est cum pluvia grandine nive
vel ~~huiusmodi~~ consimilibus que dicuntur esse in
inferno Unde dicit psalmista Pluit super peccatores
laqueos ignis sulphur et spiritus procellarum
pars calicis eorum Secundo ~~ad~~ ministrorum vexatione
Jeremie xvi° Servietis diis alienis qui
non dabunt vobis requiem die ac nocte
3o ex mutuo clamore Ysaie xlv Vos clama
bitis pre dolore et pre contritione spiritus ullula
bitis Certe tunc cuilibet sic clamanti et ullu
lanti respondebit dominus id Jeremie 30 Quid

psalmista

ex

Jeremie

Ysaie

Jeremias